

*NvK erlässt aufgrund von Missständen, welche im Verlauf einer Visitation der Pfarrei Albeins zu Tage traten, umfangreiche Anordnungen zur Reform des kirchlichen Lebens, darunter insbesondere Vorschriften zur Verwaltung und Rechnungslegung der Pfarrei, zu Feiertagen und zur Spendung der Sakramente.*

*Kopie (gleichzeitig): INNSBRUCK, UB, Cod. 68 f. 160<sup>r</sup>-164<sup>v</sup>.<sup>2)</sup> MÜNCHEN, StB, Clm 1845 f. 30<sup>v</sup>-32<sup>r</sup> (Auszüge).*

*Druck: Hirten, Akten zur Reform 33-41 Nr. 5; Baum/Senoner, Briefe und Dokumente II 138-164.*

*Deutsche Übersetzung: Baum/Senoner, Briefe und Dokumente II 139-165.*

*Erw.: Hirten, Akten zur Reform 57-64; Girgensohn, Peter von Pulkan 45; Jungmann, Nicolaus Cusanus als Reformator des Gottesdienstes, CGS 25; Meuthen, Skizze 109; Grass, Volkstum 33f., 63, 83f.; Trenkwalder, Zur Geschichte der gebotenen Feiertage 122-124; Baum, Signum der Münzreihe 137; Hallauer, Bischof und Landesfürst 284 (ND 2002, 11); Treiber, Autorität der Tradition 220; Hallauer, Bischof und Landesfürst in Brixen 26; Hallauer, Kirchenreformer und Fürstbischof 111; Gelmi, Bischof Albuin 47; Bünz, Mittelalterliche Pfarrei 323f. Anm. 323.*

*Die Anordnungen des NvK sind in der dritten Person wiedergegeben (vgl. Z. 11f.: ordinat r. d. cardinalis, quod ...), daher wurde der Text im Petitedruck gebracht. Jedoch scheint der Text zumindest partiell auf Formulierungen des NvK zurückzugeben, wie die für ihn charakteristische Konstruktion meliori modo, quo ... (Z. 35f.) nahelegt. Wie in Nr. 4417 werden die eigenhändigen Randbemerkungen des Paulus Helmslaber in einem gesonderten Apparat gebracht. Zur besseren Übersicht wurden die einzelnen Artikel durchnummeriert und mit Stichworten versehen.*

Facta visitatione de mandato reverendissimi in Christo patris et domini, domini Nicolai tituli sancti Petri ad vincula presbiteri cardinalis, episcopi Brixinensis, per nuncios eiusdem in parrochia Albeins reperti sunt nonnulli defectus emendacione digni, quos idem reverendissimus pater emendari et observari ordinavit.

(1. Diözesanstatuten) Primo, ut nonnullae salubres ordinaciones ex decretis sanctorum patrum, constitucionum provincialium et synodali- 5 um per dictum re. p. et dominum extracte in sua dyocesana synodo<sup>3)</sup> ac per ipsos curatos et demum visitatores publicate districte observentur ac a curatis una cum aliis sanctorum patrum et synodali- um ordinacionum constitucionibus observari demandentur. Ex quarum observacione sperandum est domino auxiliante multos abusus aboleri, qui ex longa omissione visitacionis inoleverunt. 10

2 episcopi: *korr. aus episcopus.*

<sup>1)</sup> Der Terminus post quem ergibt sich aus den in Z. 249f. genannten Vorschriften zur Ebeschließung (Nr. 4417). Den Terminus ante quem liefert die Brixner Diözesansynode vom November 1455, auf der eine ganze Reihe von Einzelpunkten, welche offenbar bei der Visitation von Albeins in den Blick gerieten, wieder aufgegriffen und einer umfassenderen Regelung unterzogen wurden. Teilweise war die künftige Revision bereits bei der Niederschrift von Nr. 4418 angedacht; vgl. zur Korrektur der Messbücher, Breviarien und Stundenbücher Z. 55f. bzw. 239: dominus postea cogitabit; zur Herstellung der Hostien Z. 159: paternitas reverendissima providebit. Weitgehend übernommen wurde auch die bereits in Nr. 4418 enthaltene Liste der erlaubten, geduldeten und verbotenen Feiertage.

<sup>2)</sup> Zur Hs. s.o. Nr. 4416, Vorbemerkung. Über dem Text steht von gleicher Hand: Infrascripte ordinationes spectant ad ecclesiam parrochiam in Albeins, sed quia etiam illas desiderastis habere, idcirco hic infra vobis conscripte sunt etc. Unter dem Text folgt auf f. 164<sup>r</sup>: Item, honorabilis domine, noveritis, quod pro labore scribendi recepi a domino Johanne plebano seu vicario in Albeins xv grossos. Pfarrer von Albeins war der Brixner Domberr Konrad Zoppot; s. Abert/Deeters, RG VI 93 Nr. 902 (Provision von 1449 Januar 30); vgl. Nr. 2715 Anm. 1. Der besagte Johannes dürfte also sein Vikar gewesen sein. Der hier angesprochene Empfänger der Handschrift könnte Paulus Helmslaber selbst gewesen sein, der Vorbesitzer des Codex (s.o. Nr. 4416), welcher den Text mit eigenhändigen Randbemerkungen versah. Als Pfarrer von St. Michael in Innichen dürfte er an den Vorgängen in Albeins insofern interessiert gewesen sein, als sich daraus Rückschlüsse auf eine Visitation der eigenen Pfarre ziehen ließen.

<sup>3)</sup> D.h. die Statuten der Brixner Diözesansynode 1453, welche ihrerseits auf Salzburger Provinzialstatuten und frühere Diözesansynoden zurückgriffen. S.o. Nr. 3056.

(2. *Jährliche Rechnungslegung der Kirchpröpste*) Ut eciam fabrice ecclesie predicte et capellarum eiusdem iuxta dictas constitutiones debito ordine administrantur, ordinat idem r. d. cardinalis, quod amodo et in futurum perpetuis temporibus quilibet prepositus fabrice<sup>4)</sup> in parrochiali ecclesia seu capellis eiusdem, qui iuxta ordinationem synodalis constitutionis de hoc loquentis constitui debet, singulis annis post  
15 solennitatem pascalem infra spacium trium septimanarum ad vocationem plebani seu vicarii plenam rationem de sua administratione fabrice faciat coram ipso plebano vel vicario et vicinis ibidem, qui rationi interesse debent.<sup>5)</sup> Debet eciam huiusmodi ratio facienda in loco illius cure dominica die proxime precedenti in ambone publicari. Si qui vero vicinorum interesse noluerint, nichilominus curatus predictus in presentia aliorum interesse volentium die prefixa rationem accipiat. Facta autem ratione  
20 dictus curatus eam diligenter conscribat in duplici registro bene ordinato, quorum unum una cum pecunia, in qua prepositus fabrice post rationem obligabitur, in sacristia in loco bene munito reponatur aut, si talis locus adhuc ordinatus non sit, tunc alibi consignata tamen pecunia predicta per curatum secure reponatur. Aliud vero registrum penes prepositum successorem remaneat. Si vero idem prepositus redditus fabrice de anno, in quo prefuit, seclusa negligentia sua integre non perceperit, ad festum  
25 sancti Martini (11. *November*) tunc proxime venturum pecuniam remanentem in ratione predicta absque dilacione in presentia curati et vicinorum presentet in dictum locum tunc mox reponendam, nisi propter notabiles causas a curato et vicinis approbatas non potuerit usque tunc exigere certam pecuniam de remanencia predicta propter pauperitatem forsan debitoris. Nam tunc absque dilacione ante festum Purificacionis (2. *Februar*) tunc proxime futurum integram remanentiam dictus prepositus modo supra-  
30 dicto presentet. Si quis vero prepositorum in aliquo premissorum negligens fuerit, teneatur curatus eius post effluxum uniuscuiusque predictorum terminorum ipsum ab ecclesie ingressu publice inhibere. Quod si infra mensem in sua pertinacia persistit, citet ipsum curatus suus, ut compareat Brixine coram vicario in spiritualibus<sup>6)</sup> ad videndum se propter huiusmodi contumaciam in scriptis excommunicari.

(3. *Abgaben, Naturaltaxen*) Compertum est eciam, quod in rationibus aliquando bladum vel vinum  
35 preposito nimis favorabiliter taxatur. Quare mandat dictus re. pater, ut taxa conveniens iuxta usum communem eiusdem anni ponatur colonis, qui eo anno bladum solvere non possunt. Sed prepositi fabrice bladum, quod perceperunt, meliori modo, quo fieri poterit, vendant et pecunia illa ut supra ad rationem ponatur.

Quia vero quidam inviti census vulgariter dicti „liechkoren“<sup>7)</sup> cum negligentia solvuntur, voluit dictus r.  
40 d. c., ut omnes iuxta consuetudinem antiquam quolibet anno bladum huiusmodi solvant dictis prepositis ante festum Purificacionis Marie (2. *Februar*). Si quis vero in hoc negligens fuerit, teneatur ipsum curatus suus in ipso festo Purificacionis et deinceps prohibere publice ab ingressu ecclesie. Quia vero prepositi predicti in exactione remanentiarum a preteritis prepositis negligentes fuerunt in dispendium ecclesiarum non modicum, ordinat dictus r. p., quod per curatum dicti loci diligenter videantur omnia et singula  
45 per veteres prepositos vel aliunde quoquomodo debita et eis ad registra predicta ordinata quantocius conscriptis prefigantur unus, duo vel tres termini solutionis infra unius anni spacium iuxta condicionem personarum et quantitatem debitorum, a quibus sub pena exclusionis publice ab ecclesia novus prepositus exigat et ipsi debitores eidem ex(s)olvant. Quod si curatus in exclusione ab ecclesia huiusmodi non satisfaciens fabrice in premissis articulis negligens fuerit, tunc remanentia illa ab eodem curato districte  
50 exigetur et ad arbitrium superioris etiam alia pena punietur.

---

17 cure: *korr. aus cura.*

---

<sup>4)</sup> *Kirchpropst (Kirchenmeister)*. Mit diesem Amt, welches die Verwaltung der Temporalien einer Pfarrkirche betraf, war üblicherweise ein angesehener Vertreter der Pfarrgemeinde betraut. Zur Verwaltung des Kirchenvermögens der Pfarren vgl. im Überblick *Trenkwalder, Seelsorgeklerus 116-118*. Vgl. auch die *Eichstätter Diözesanstatuten von 1447 mit ausführlichen Regelungen; Hartzheim, Concilia Germaniae V 371f., und allgemein Reitemeyer, Pfarrkirchen, bes. 102-122, 395-521*.

<sup>5)</sup> *Zu den Rechnungsbüchern der Kirchenmeister vgl. Reitemeyer, Pfarrkirchen 33-49, 60-72*.

<sup>6)</sup> *Derzeit bekleidete Michael von Natx oder Gebhard von Bulach dieses Amt; s.u. Nr. 4603 Anm. 11*.

<sup>7)</sup> *Wohl eine Abgabe zu Mariä Lichtmess; vgl. Hirten, Akten zur Reform 58f.*

(4. *Ausstattung der Pfarrkirche*) Item quod cura sit diligens curato et dictis prepositis, ut palle altaris, mappe, corporalia et omnia ad divinum cultum pertinentia sint munda. Ornamenta ecclesiastica reficiantur, ubi necessarium fuerit.

(5. *Stundenbücher*) Item libri horarum in dote reficiantur et caducitas reformatur.

(6. *Messbücher und Breviare*) Item provideatur in principali ecclesia de uno bono missali et breviario seu ordinario et fiat diligentia, ut graduale compleatur. Et quia in tota parrochia libri missales presertim incorrecti sunt, provideatur per curatum una cum prepositis fabrice, ut quantocius corrigantur. Pro labore eiam corrigentium satisfaciatur de fabricis ecclesiarum.<sup>8)</sup>

(7. *Beleuchtung*) Item provideatur circa luminaria lampadam, ut licuus condecens fiat, ne ex indispositione licui oleum inutiliter consumatur.

(8. *Aufbewahrung der Sakramente*) Item sacerdotes habeant claves ad sacramentum eucaristie et oleum sacrum, nisi propter distantiam capellarum oporteat committi edituis fide dignis, qui tandem sub magna custodia teneant easdem claves.<sup>9)</sup>

(9. *Schlüssel für Kästen in den Kirchen*) Item et in tota plebe ad truncos et ad alia deposita ecclesie vel capellarum fiant due saltem vel tres claves, quarum unam curatus, secundam prepositus fabrice, terciam vero alius vicinus habeat et sine presentia illorum trium nec truncus nec aliud depositarium apperiat, ut sic omnis suspicio tollatur.

(10. *Pfingstprozession nach Brixen*) Cum autem processio, quam de tota parrochia predicta quolibet anno in festo Pentecostes ad ecclesiam Brixinensem parrochiani facere debeant, in accessu et reditu inordinatissime fiat, ex qua re divina maiestas magis offenditur quam placatur, mandat dictus r. p., quod in die Pentecostes post meridiem vel post divina in Villnes, Gufedino et Teiss<sup>10)</sup> celebrata de qualibet domo, prout consuetum est, unus iter arripiat et simul sequendo crucem cum devotis melodiis usque ad matricem ecclesiam in Albeins procedant.<sup>11)</sup> Et sequenti die, videlicet die lune<sup>12)</sup>, tota parrochia ibidem congregata post vexilla usque in ecclesiam Brixinensem cum devocione procedant, ibique sub officio publico remaneant. Postea singulis cibo reffectis ad ecclesiam kathedralem conveniant et finali modo congregati usque ad ecclesiam sanctorum Hermachore et Fortunati<sup>13)</sup> in Albeins et demum illi de Vilness iter suum prosequentes usque ad capellam sancti Petri<sup>14)</sup> revertantur, ibique benedictionem sacerdotalem accipientes unusquisque domum redeat.

(11. *Verbot einer jährlichen Prozession nach Völs zur Abwehr der Wolfsplage*) Item quia a multis retro temporibus collecta est certa pecunia quolibet anno in tota plebe predicta, que apportata est ad capellam sancti Crisanti<sup>15)</sup> plebis Velss (*Völs am Schlern*) et illic eiam processionaliter cum vexillis accedunt, credentes se ex eo a luporum molestia liberari, cum autem in officio caritatis matrici ecclesie primum subvenire magis quam alienis expediat, que subsidio permaxime indigere noscitur, presertim cum res illa non spiritu dei, sed magis prestigio aut superstitione agatur, ordinavit dictus r. d. c., quod amodo et in futurum pecunia

---

55 breviario: *em.* briviario. 58 satisfaciatur: *em.* satisfiat.

---

51 Item: *links a.R.* nota.

<sup>8)</sup> Zur Korrektur der Messbücher vgl. die auf der Diözesansynode im November 1455 systematische Regelung; s.u. Nr. 4603 Z. 20-30. Es ist anzunehmen, dass nach der Visitation von Albeins ähnliche Befunde aus den anderen Pfarreien eine umfassendere Regelung erforderlich machten.

<sup>9)</sup> Vgl. eine ähnliche Regelung in den Eichstätter Diözesanstatuten 1447; Hartzheim, *Concilia Germaniae* V 367.

<sup>10)</sup> Villnöss, Gufidaun und Teis.

<sup>11)</sup> Zu den jährlichen Prozessionen nach Brixen vgl. das Dekret Nr. 4365, welches NvK am 20. Mai 1455, also fünf Tage vor Pfingsten, auch in Albeins publizierte. Die in Nr. 4418 enthaltenen Regelungen dürften unter dem Eindruck der Pfingstprozession 1455 getroffen worden sein. Während NvK in Nr. 4365 noch den Akzent auf das Verbot des Waffentragens und von öffentlichen Tänzen legte, geht es in Nr. 4418 vor allem um die zeitliche und räumliche Organisation.

<sup>12)</sup> Pfingstmontag.

<sup>13)</sup> Die Hl. Hermagoras und Fortunatus, Patrone der Pfarrkirche zu Albeins.

<sup>14)</sup> Die Petrus-Kapelle in Villnöss; s.o. Nr. 2877 (Ablassbrief). Zu einer Stiftung des Dichters Oswald von Wolkenstein für diese Kirche vgl. Schwob, *Oswald von Wolkenstein* 261.

<sup>15)</sup> Die Konstantin-Kapelle in St. Konstantin, Fraktion der Gemeinde Völs am Schlern, noch heute von den Einheimischen „St. Krizanzen“ genannt. Vgl. Hürten, *Akten zur Reform* 59 Anm. 46.

85 ex collectura predicta sublevanda ad matricem ecclesiam in die sancte Margarethe (12. Juli) quolibet anno per prepositos singularum capellarum presentetur ac loco dicte capelle sancti Crisanti processionaliter et devote ipsam matricem ecclesiam cum vexillis visitent ac ibi per intercessionem sanctorum Hermachore et Fortunati necnon Margarete virginis et martiris, patronorum suorum se domino suppliciter commendent. Omnibus autem dicto modo ipsam ecclesiam devote visitantibus et collectam consuetam ibidem  
90 devote persolventibus prelibatus dominus cardinalis et episcopus largitur centum et quadraginta dies indulgentiarum perpetuis temporibus valituris.

(12. *Ablässe für sonntägliche Prozession*) Cum autem a bone memorie reverendis dominis episcopis Brixinensibus Georio<sup>16</sup>) et Johanne<sup>17</sup>) omnibus, qui diebus dominicis cum aspersorio<sup>18</sup>) seu fonte benedicto circumeunt ecclesiam devote, quadraginta dies indulgentiarum concessae sunt<sup>19</sup>), verum quia plurimi  
95 postmodum irreverenter non completa missa publica recedant, declarat r. d. c., ipsos non assequi indulgentias huiusmodi, nisi in officio integro et sermone usque ad finem perseverent.

(13. *Testamente*) Item quia aliqui non execuntur testamenta eis commissa, mandat dictus r. d. c., ut eos, quibus huiusmodi executio, presertim ad pias causas, commissa est, compellant per exclusionem ab ingressu ecclesie, ut ea exequantur, quantocius fieri poterit.

100 (14. *Festtagsordnung*) Item quia circa festorum observantiam ab opere servili, que sub precepto et que non demandanda sint, a curatis plerumque erratur et murmur non modicum in populo insurgit, quare facta diligenti investigatione per diocesim Brixinensem dictus r. d. c. invenit quadruplicia festa in ea observari: prima ex iure scripto, secunda ex generali consuetudine cleri et populi tantum, tertia ex quadam particulari consuetudine certorum locorum, quarta ex proprio sensu et superstitione pocius  
105 quam ex aliquo cultu latrie.<sup>20</sup>)

Prima festa sunt hec: dies videlicet Natalis domini (25. *Dezember*), sancti Stephani (26. *Dezember*), sancti Johannis Evangeliste (27. *Dezember*), sanctorum Innocentium (28. *Dezember*), Circumcisionis (1. *Januar*), Epiphanie (6. *Januar*), Cene Domini, Parasceves usque ad meridiem, Resurreccionis domini cum tribus sequentibus, Ascensionis domini, Penthecosten cum duobus, qui subsecuntur, nativitatis sancti  
110 Johannis Baptiste (24. *Juni*) et festivitatum 4<sup>or</sup> virginis gloriose, videlicet Purificationis (2. *Februar*), Annunciacionis (25. *März*), Assumptionis (15. *August*), Nativitatis (8. *September*), duodecim apostolorum et precipue Petri et Pauli (29. *Juni*), beati Laurentii (10. *August*), dedicacionis sancti Michaelis (29. *September*), solemnitatis Omnium Sanctorum (1. *November*), Martini episcopi (11. *November*), omnium dierum dominicarum necnon dies Corporis Christi, Inventionis sancte Crucis (3. *Mai*); ex constitucionibus provinciali-

101 sint: *nach ungestr.* sunt. 103 tantum: *folgt* et generali consuetudine.

100 Item: *links a.R.* nota de differencia festorum. 105 latrie: *am unteren Seitenrand von der Hand Helmslabers*: Notandum, quod in choro Inticensi 1457 peregrinus festum visitacionis Marie ad Elizabeth (2. *Juli*) cum ix leccionibus in die – et populus vacavit (*ü.d.Z. hinzugefügt*) – et in octava tantum. Sed infra octavam solum suffragium per unam antiphonam de laudibus cum v et oracione tam matutinas, vespas quam missa habuimus, prout dominus Johannes Ebner canonicus scripsit N(icolao) Ponperger, et servatur in cathedrali ecclesia Brixinensi. *Zu Johannes Ebner, Brixner Domberr und Pfarrer zu Seekirchen, s.o. Nr. 2560 Anm. 1; Neschwara, Geschichte des österreichischen Notariats 84, 653. Nikolaus Ponberger (Pomberger) († 1483) war Chorherr zu Innichen (ab 1448), Pfarrer zu Vellach (Diöz. Salzburg) und Domberr zu Brixen (ab 1463); vgl. Santifaller, Domkapitel 422.* 106 Prima festa: *über dem Absatz zwischen den Zeilen und am rechten Rand* Ista observantur ex iure scripto et ordinent sub precepto.

<sup>16</sup>) Georg von Stubai, B. von Brixen (1437-1443).

<sup>17</sup>) Johann Röttel, B. von Brixen (1444-1450).

<sup>18</sup>) Gefäß für Weihwasser.

<sup>19</sup>) Nämlich auf den Brixner Diözesansynoden 1438 und 1449; s. Bickell, *Synodi Brixinenses* 12, 25; Text bei: Dalham, *Concilia Salisburgensia* 249 (in den Provinzialstatuten von 1490).

<sup>20</sup>) Die folgende Liste der nach Rang und Wirkraum hierarchisierten Feiertage ist im Wesentlichen deckungsgleich mit der auf der Brixner Diözesansynode im November 1455 publizierten Liste; s.u. Nr. 4600. Abweichungen betreffen vor allem die Reihenfolge der angegebenen Daten. Hinzu kommt in Nr. 4600 in der vierten Kategorie noch: dies post dies Resurreccionis et Pentecostes in honore sanctorum Stephani, Johannis et Innocentium. Zum Thema vgl. im Überblick: Ba, *Storia della Parrocchia IV* 68-70.

bus et synodalibus<sup>21</sup>): dedicacionis ecclesie Brixinensis<sup>22</sup> (31. Juli), natalis patronorum Cassiani (13. August) et Ingenuini et Albuini (5. Februar) in ipsa civitate.<sup>23</sup>

Secunda festa sunt: dies beati Nicolai episcopi (6. Dezember), Conceptionis Marie (8. Dezember), Agnetis (21. Januar), Conversionis Pauli (25. Januar), Kathedra Petri (22. Februar) et ad vincula Petri (1. August), natalicii sanctorum Rupperti episcopi<sup>24</sup> (27. März), Georgii martiris<sup>25</sup> (23. April), Marci evangeliste (25. April), Marie Magdalene (22. Juli), dedicacionis ecclesie Brixinensis (31. Juli) per diocesim extra ipsam civitatem<sup>26</sup>, Augustini episcopi (28. August), Exaltacionis sancte crucis (14. September) et Katherine virginis (25. November).

Tercia festa sunt, videlicet: dies natalicii Barbare virginis (4. Dezember), Zenonis episcopi (8. Dezember), Thome Cantuariensis episcopi<sup>27</sup> (29. Dezember), Silvestri pape (31. Dezember), Erhardi episcopi (8. Januar), Antonii abbatis (17. Januar), Vincencii martiris (22. Januar), Blasii martiris (3. Februar), Valentini martiris (14. Februar), Johannis ante portam latinam<sup>28</sup> (6. Mai), Pancracii (12. Mai), Achacii (22. Juni), Viti (15. Juni), Udalrici<sup>29</sup> (4. Juli), Johannis et Pauli<sup>30</sup> (26. Juni), Margarethe (12. Juli), divisionis apostolorum (15. Juli), Osvaldi<sup>31</sup> (5. August), translacionis sancti Rudberti<sup>32</sup> (24. September), Galli (16. Oktober), Leonhardi<sup>33</sup> (6. November), Virgillii episcopi (26. September) vel hiis similia.

Quarta festa sunt dies videlicet: octava sancti Stephani (2. Januar) et invencio eiusdem (3. August) contra tempestates, Valentini (14. Februar) contra morbum bestiarum vel caducum<sup>34</sup>, sexte ferie post Ascensionis et Corporis Christi pro requie domini, Johannis et Pauli (26. Juni) contra tempestates<sup>35</sup>, observaciones ieiuniorum sancti Georgii contra febres<sup>36</sup>) et Achacii pro toto anno et hiis similia.

Voluit igitur prelibatus r. d. c., ut prima feste iuxta predictorum iurium dispositionem vacari et observari sub debito obedientie sancte matris ecclesie ab omnibus curatis demandentur. Secunda vero pronunciantur et ad eorundem observacionem iuxta laudabilem consuetudinem dicte diocesis per

---

133 febres: *em.* febros.

---

117 Secunda festa: *über dem Absatz zwischen den Zeilen* Illa ex generali consuetudine cleri et populi et per curatos ad eorundem observacionem exhortatur parrochia. 123 Tercia festa: *über dem Absatz zwischen den Zeilen* Illa ex quadam particulari consuetudine certorum locorum; et ista nec mandentur nec ad observandum exhortentur, laudabiliter tamen etc. 130 Quarta festa: *über dem Absatz und rechts am Rand* Illa vero ex proprio sensu et superstitione potius quam ex aliquo cultu latrie; *links a.R.* et illa observari omnino prohibet d. r<sup>us</sup> cardinalis.

---

<sup>21</sup>) S. die Statuten der Diözesansynode 1449; Bickell, Synodi Brixinenses 28f.

<sup>22</sup>) Das Kirchweihfest wird nur in der Bischofsstadt Brixen zur ersten Ordnung gezählt, in den übrigen Teilen der Diözese rangiert es in der zweiten Ordnung; s.u. Z. 120f. Vgl. auch explizit Nr. 4600 Z. 14f. (in loco).

<sup>23</sup>) Zum Fest der Stiftsbeiligen in der Diözese Brixen vgl. Gelmi, Bischof Albuin 46f.

<sup>24</sup>) Rupert von Salzburg, Patron des Ebm. Salzburg.

<sup>25</sup>) Hl. Georg, Landespatron Tirols; s. Grass, Volkstum 34 Anm. 9.

<sup>26</sup>) Vgl. Z. 115.

<sup>27</sup>) Thomas Beckett, Eb. von Canterbury († 1170).

<sup>28</sup>) Eigenes Fest Johannes' des Evangelisten zum Gedächtnis, dass er das ihm zuge dachte Martyrium im heißen Öl unbeschadet überstand. Es ist eng an die 494 gegründete Kirche San Giovanni a Porta Latina in Rom gebunden.

<sup>29</sup>) Vgl. F. Grell, Die Verehrung des heiligen Ulrich in Österreich und Südtirol, in: Jahrbuch des Vereins für Augsburger Bistumsgeschichte 7 (1973) 134-162.

<sup>30</sup>) Vgl. aber Z. 126 mit Anm. 35.

<sup>31</sup>) Vgl. A. Masser/M. Stiller, Der Kult des hl. Oswald in Tirol und die „Hirschjagd“ der Burgkapelle von Hohep-pan, in: Der Schlern 57 (1983) 55-91, hier bes. 60-62.

<sup>32</sup>) Vgl. Anm. 24.

<sup>33</sup>) Vgl. L.C. Franz, Der heilige Leonhard in Geschichte, Glaube und Brauch, in: Der Schlern 46 (1972) 294-298.

<sup>34</sup>) Der Hl. Valentin galt als Patron gegen die Fallsucht (Epilepsie); vgl. Franz, Die kirchlichen Benediktionen II 503. Vgl. auch NvK, Sermo II (in der Diözese Trier 1431), ed. h XVI 1, 35 und Grass, Volkstum 34 Anm. 10f.

<sup>35</sup>) Vgl. F. Kessler, Leben und Verehrung der Wetterberren Johannes und Paulus, in: Der Schlern 71 (1997) 521-531; 72 (1998) 277-308; ders. Die Wetterberren Johannes und Paulus in der Volkskunde, in: Der Schlern 72 (1998) 433-465.

<sup>36</sup>) Vgl. Grass, Volkstum 34 Anm. 9.

curatos piis monitis parrochiani exhortentur. Tercia autem nec mandentur nec ad observandum exhortentur, laudabiliter tamen facere perhibentur, qui saltem in mane in diebus illorum festorum, antequam ad labores se divertant, divinis officiis interessendo per intercessionem illorum sanctorum precibus se deo devote commendent. Et si voluerit quis illis diebus absque superstitione ab opere servili vacare vel non, prohibendus non est. Si tamen aliqua communitas acquiescere noluerit, quin vacandum pulsetur, mandat r. p., id cum paucis campanis fieri, ita quod inter pulsum primorum duorum festorum et illorum sit notabilis differentia. Quarta autem festa observari omnino prohibet, que si quis contra huiusmodi prohibitionem observaverit, tamquam male sciens in fide katolica non absolvatur ab aliquo sacerdote, sed ad auctoritatem episcopalem mittatur.

(15. *Gerichtsverhandlungen an Festtagen*) Informentur eciam prefecti et iudices seculares, quod mortale peccatum committunt presidere iudiciis in diebus festivis in primis festis, in secundis eciam festis pium esset eciam ab huiusmodi abstinere.

(16. *Wettersregen*) Processiones devotas contra tempestates seu missas agere potestis ex devocione, prout in missalibus ordinariis continetur, ut misericordia dei imploretur, omnia tamen committentes divine dispositioni, non quidem certe credendo, quod propterea deus omnino conservet fructus ab huiusmodi molestiis, sed quod deus per misericordiam suam largietur nobis, quod melius fuerit pro salute nostra, quia alias prestigiosum esset.<sup>37)</sup> Et ita, dum corpus Christi die dominica defertur per circuitum et leguntur quatuor ewangelia, si predicta intencione bona et non supersticiosa fiat, non improbat.<sup>38)</sup> Sed exorcismos et orationes in libris a quibusdam positos et ab ecclesia non receptos, sicut eciam missam de xxiv<sup>or</sup> senioribus<sup>39)</sup> et similia, nedum non legi, sed eciam ab huiusmodi libris aboleri mandat.

(17. *Herstellung der Hostien*) Item quia dictus r. p. informatus est, quod oblate seu panes pro sacrificio, qui per extraneos in sua diocesi venduntur, non de puro tritico, sed spelta vel alio genere bladi admixto conficiuntur, quod periculosum est, quare sua paternitas reverendissima providebit<sup>40)</sup>, quod in civitate sua Brixinensi ab edituo<sup>41)</sup> ecclesie cathedralis fiant de puro tritico.<sup>42)</sup> Hortatur igitur omnes plebanos atque curatos, ut provideant, quod in dicto loco emantur, ne circa tantum sacrificium dubium nos habere contingat. Necnon ut cauti sint, ne aliquis sacerdos indispositus ad huiusmodi sacrificium accedat, quoniam ne dum sacrificans, ymo et sacrificantem indigne non prohibens cum Juda proditore damnabitur.

---

158 sua: *em. sui.*

---

146 Informentur: *links a.R.* ut supra.

---

<sup>37)</sup> *Zu den zeitgenössischen Debatten um den sakramentalen Wettersegen vgl. Franz, Die kirchlichen Benediktionen II 105-120 (mit ausführlicher Inhaltsangabe der etwa gleichzeitigen Stellungnahme des Wiener Theologieprofessors Thomas Ebendorfer); Grass, Volkstum 23-25. Vgl. auch NvK, Sermo II, ed. h XVI 1, 35 (Diözese Trier, 1431); Sermo CXCVI, ed. h XVIII 5, 410f. (zur Visitation der Brixner Pfarrkirche 1455 Juli 20).*

<sup>38)</sup> *NvK bestätigt damit unter Vorbehalt die bereits von früheren Diözesansynoden legitimierten sonntäglichen Prozessionen mit geweihtem Salz und Wasser; vgl. Nr. 4416 Anm. 26.*

<sup>39)</sup> *Nach einem im österreichischen Bereich weit verbreiteten Glauben beriet sich der Herr an den Quatemberdonnerstagen mit den 24 Ältesten aus der Offenbarung des Johannes, weswegen diese seniores in besonderen Messen zu verehren seien. Wichtigstes Zeugnis gegen diesen Kult ist ein Gutachten der theologischen Fakultät der Wiener Universität vom 17. Oktober 1420, das auf eine Stellungnahme des Nikolaus von Dinkelsbühl zurückging und mit ca. 50 Handschriften weite Verbreitung fand. Druck: W. Schmidt, Die vierundzwanzig Alten Ottos von Passau (Palaestra 212), Leipzig 1938 (ND New York 1967), 353-363. Vgl. Girgensohn, Peter von Pulkau 43-46, 178-180 (Handschriftenliste); A. Madre, Nikolaus von Dinkelsbühl. Leben und Schriften. Ein Beitrag zur theologischen Literaturgeschichte (Beiträge zur Geschichte der Philosophie und Theologie des Mittelalters 40,4), Münster 1965, 260-263. Zur Verbreitung des Kultes vgl. auch L. Andergassen, Häresie und Bildkult. Zur Darstellung der Vierundzwanzig Ältesten in Tirol, in: G. Mühlberger/M. Blaas (Hg.), Grafschaft Tirol: „Terra Venusta“. Studien zur Geschichte Tirols, insbesondere des Vinschgaus (Sclern-Schriften 337), Innsbruck 2007, 285-307.*

<sup>40)</sup> *Nämlich auf der Diözesansynode; s.u. Nr. 4603 Z. 31-33.*

<sup>41)</sup> *Aeditumus oder aedituus: der Küster. Dieses Amt bekleidete der Domberr Christian von Freiberg; s.o. Nr. 3076 Anm. 2.*

<sup>42)</sup> *Zur Herstellung der Hostien vgl. Reitemeier, Pfarrkirchen 327-330.*

(18. *Unterweisung der Bevölkerung über die Todsünden*) Item experientia docente compertum est nonnullos 165  
adultos pro eo, quod raro accedunt predicaciones, de quibusdam enormibus ignorare, an sint peccata  
mortalia vel ne, ymo plerosque penitus ignorare differentiam inter mortalia et venialia, mandat dictus r.  
d. c., quatenus curati duobus vel tribus diebus in anno diligenter convocent in locis accomodis eciam  
illos, qui in locis remotis morantur seu alias raro matricem ecclesiam accedere consueverunt, et fiant eis  
declaraciones in ambone decem preceptorum et peccatorum mortalium sew venialium ac instruantur de 170  
modo confitendi peccata.

(19. *Taufen durch Hebammen*) Item, quia propter fragilitatem puerorum aliquotiens baptizandi sunt  
absque eo, quod expectetur accessus sacerdotis, et forma huius sacramenti plerumque ignoretur ab  
ostetricibus, quare mandat dictus r. d. c., ut in unaquaque villa plebis predictae obstetrices informetur,  
quod tria sint substantialia baptismi: primo materia, utputa aqua pura, non obstante quod in hyeme 175  
calefieri possit, secundo intencio, scilicet quod intendat conferre sacramentum baptismi, 3<sup>o</sup> forma, ut  
dicat videlicet: „Ego te baptiso in nomine patris et filii et spiritus sancti“, nichil penitus addendo vel  
minuendo.<sup>43)</sup> Et non oportebit, presertim in hyeme, totum puerum immergi, sed sufficit modicam  
aquam fundere super puerum.<sup>44)</sup>

(20. *Aussegnung sündiger Wöchnerinnen*) Item quia consuetum fuit hactenus, mulieres extra thorum 180  
legittimum seu coniugalem pueros generantes eciam post partum cum benedictione introduci in  
ecclesiam et postea subire penitentiam, verum quia hoc inconueniens est et iuri contrarium, voluit  
prelibatus r. d. c., quod mulier, que ex adulterio puerum generat, ad ecclesiam non admittatur, nisi primo  
se prosternat coram sacerdote ante fores ecclesie, et tunc sacerdos cum psalmo penitentiali antiphona  
„Ne reminiscaris“<sup>45)</sup> dominica oratione pro peccatis super ipsam orando eam reconciliet et tunc ad 185  
ecclesiam ingredietur.<sup>46)</sup> Si vero soluta cum soluto puerum generaverit, tunc simili modo orationes fiant  
super ipsam, que flexis genibus coram sacerdote se interim humiliet, et dicatur eis, quod in penam delicti  
non merentur per benedictionem, sed potius per cordis contricionem et penitentiam post partum  
huiusmodi ad ecclesiam redire.

(21. *Anstellung entflohener Mönche*) Item compertum est, quod aliquando nonnulli, qui non sunt sacerdo- 190  
tes, aut religiosi, habitum sue religionis abiicientes seu alias ab officio prohibiti aut suspensi, in capellis  
aliquibus se divinis immiscent. Ne ergo hoc pretextu populus decipiatur, ymo divina maiestas graviter  
ledatur, voluit, ut amodo nec per curatum, divinorum cooperatores aut edituum seu alios ad divina  
admittantur, nisi talis sit bene cognitus, ita quod execucionem sui officii habeat aut ab ordinario admissus  
sit.<sup>47)</sup> 195

---

185 reconciliet: *em.* reconcilietur.

---

165 Item experientia: *links a.R.* nota. 186 ingredietur: *links a.R.* nota.

---

<sup>43)</sup> Die hier vorgeschriebene Form der Nottaufe von Neugeborenen durch die Hebammen entspricht der auf Jean Gerson zurückgehenden Form des Visitationsformulars; s.o. Nr. 4416 Z. 101-105. Vgl. die identische Vorschrift in Eichstätter Diözesanstatuten 1447; ed. Hartzheim, *Concilia Germaniae V* 366.

<sup>44)</sup> Mit dieser Regelung stellt sich NvK gegen die Regelung der Brixner Diözesansynode des Jahres 1318, welche ein dreimaliges Untertauchen des Säuglings vorgeschrieben hatte; s. J. Baur, *Die Brixner Synode von 1318 in ihrer liturgiegeschichtlichen Bedeutung*, in: *Festschrift zur Feier des zweihundertjährigen Bestandes des Haus-, Hof- und Staatsarchivs Wien II*, Wien 1952, 124-151, hier 140; Baur, *Volksfrommes Brauchtum* 10. Zum Prozess der Ablösung der Immersions-taufe durch die Asperionstaufe vgl. Reitemeier, *Pfarrkirchen* 324.

<sup>45)</sup> Antiphon „Ne reminiscaris“; s. *Antiphonale Sacrosanctae Romanae Ecclesiae* 547; Hesbert, *Corpus antiphonarium officii III* 347 Nr. 3861.

<sup>46)</sup> Der hier von NvK entworfene verschärfte Ritus der Aussegnung sündiger Wöchnerinnen versucht zwischen dem mehrfach bezeugten Verbot dieser Aussegnung und dem in Tirol offenbar sehr hoch angesetzten Stellenwert dieses Rituals zu vermitteln. Vgl. bereits oben Nr. 4416 *Anm.* 36 und ferner Baur, *Volksfrommes Brauchtum* 11; I. Schneider, *Zur Interdependenz von Volksfrömmigkeit, Volksglaube und Kirchenbrauch bei Geburt, Taufe und Aussegnung in Tirol*, in: O. Dapunt (Hg.), *Fruchtbarkeit und Geburt in Tirol, Oberschleißheim 1987*, 43-67, hier 56-59. Vgl. auch die Bewertung dieses Ritus als „unchristlich“ bei Baum, *Sigmund der Münzreiche* 137.

<sup>47)</sup> Vgl. bereits die Statuten der unter dem Vorsitz des Legaten NvK im Februar 1451 gefeierten Salzburger Provinzial-synode; Nr. 1000 Z. 140f.

(22. *gestiftete Messen*) Item ne conducentes missas votivas, que sub nomine aliarum missarum fundatarum peraguntur, decipi contingat, voluit, ut si quis ignoraverit missam agendam esse alias ex fundacione, quod eidem hoc dicatur, ne volendo procurare specialem missam sub hoc pretexto decipiatur; contrarium autem facientes tamquam deceptores mortaliter peccant et ad restitutionem pecunie recepte  
200 tamquam rei aliene teneantur.<sup>48)</sup>

(23. *Beichtväterwahl*) Item quia multi impetrant auctoritatem eligendi confessorem ydoneum a curia Romana seu ab ordinario suo et multi alieni sacerdotes in illa diocesi conveniunt, de quorum ydoneitate penitus ignoratur, ne igitur in hiis quisquam decipiatur, declarat prelibatus re<sup>mus</sup> d. c. illum censi ydoneum, cui de mandato vel licentia episcopi pro tempore existentis commissum est exercicium cure  
205 animarum. Sed in casibus episcopalibus similiter is ydoneus censeatur, quem idem dominus episcopus alias ex commissione casuum episcopalium reputaverit ydoneum, ut sunt plebani, quibus aliquando auctoritatem episcopalem in certis casibus impertiri dignatur. Et quia in generali concessione non veniunt ea, que specialiter reservata noscuntur, declarat, quod dum sua p. re<sup>ma</sup> vel vicarius suus concedit alicui facultatem eligendi confessorem ydoneum, talis non poterit alium, quam supra expressum est,  
210 eligere, nec ille ratione huius facultatis poterit eum absolvere in casibus episcopalibus, nisi ab ordinario predicto ampliorem facultatem accipiat. Si secus factum fuerit, sciat se talis pro certo non fore absolutum, ymo et absolucionem usurpans tamquam deceptor grave peccatum incurrit.

(24. *Reservatfälle*) Item quia quolibet anno tempore quadragesimali solet dari auctoritas in casibus episcopalibus plebanis locorum<sup>49)</sup>, et in hiis contingit excipi aliquos casus, videlicet usurariorum, homicidii, adulterii publici, concubinatus publici ad aliquot tempus scandalose continuati, puericidiorum et oppressionis eorumdem, votorum et dierum solennium temere fractorum, clandestine et absque iuris solennitate matrimonium contrahentium ac eorum, qui periuria commiserunt, incestus seu peccatorum contra naturam perpetratorum, aut si qua alia sunt enormia dubia vel gravia, super quibus sedes apostolica vel ordinaria esset consulenda, ut in predictis secluso mortis articulo non liceat alicui plebanorum  
220 peccantem absolvere, verum quia ob multitudinem confitentium oportet et divinorum sociis huiusmodi auctoritatem communicare. Ne tamen in hiis levitas nimia adhibeatur et per impericium sacerdotum peccatores insufficienter expedianur, voluit idem r. d. c., quod nullus aliquomodo ex divinorum cooperatoribus ex generali huiusmodi concessione facultatem in casibus episcopalibus recipiet, nisi ille ab ipso ordinario vel de eius mandato per diligentem examinationem fuerit reppertus idoneus. Ymo et tunc  
225 liceat plebano aliquas personas vel eciam casus huiusmodi quoad certas personas, quando hoc expedire viderit, sibi reservare.

(25. *Anwesenheit an Feiertagen*) Item quia discursus in festivitibus a suis parrochiis absque licentia curati sui in iure durissime prohibetur, voluit quod sepius parrochiani de hoc in ambone avisentur, qualiter totiens quotiens in contrarium facientes mortaliter peccant.

230 (26. *Aufnahme von fahrenden Scholaren*) Item sepius sollicitentur in ambone, ut prestigia fugiant et vagos scolares ita dictos omnino respuant.

(27. *Gebetspflichten der Gesellpriester*) Item plebanus ad hoc intendere debet, ut ipse, divinorum cooperatores et cappellani simul orent et conformiter iuxta ordinarium ecclesie Brixinensis.

(28. *Mindesttiefe für Gräber*) Item quia sepulcra nimis basse fiunt, ita quod ex fetore cadaverum aer  
235 inficitur et egritudines eveniunt<sup>50)</sup>, voluit dictus r. d. c., quod fossa huiusmodi sepulcri fiat ad minus ad

---

215 scandalose: *em.* scandalosi. | puericidiorum: *em.* puericidorum. 216 oppressionis: *em.* oppressiones.  
225 plebano: *folgt* sibi.

---

205 animarum: *links a.R.* nota. 216 fractorum: *links a.R.* nota.

---

<sup>48)</sup> *NvK* stellt sich hier gegen die zeitgenössische Tendenz, die Überband nehmenden Gebetspflichten zu reduzieren, etwa indem Votivmessen zusammengelegt wurden. Den Respekt vor dem Stifterwillen forderte *NvK* auch gegenüber den Tegernseer Mönchen ein, die *NvK* in dieser Frage um Rat baten; s. künftig *AC II* 5 unter dem Datum 1457 Januar 10.

<sup>49)</sup> Eine solche Verfügung enthält Nr. 4666 (1456 Februar 12). Vgl. dort auch die Liste der angegebenen Reservatfälle.

<sup>50)</sup> Grundlage dieser Annahme ist die gängige Miasmenlehre, wonach schädliche Ausdünstungen des Bodens Krankheiten auslösen konnten; vgl. G. Keil, *Miasma*, in: *LexMA* 6 (1993) 593. Einen Überblick über das medizinische Denken des *NvK* liefert I. Müller, *NvK und die Medizin*, in: *MFCCG* 28 (2003) 333-350 (*Lit.*).

profunditatem septem pedum et mensura huiusmodi penes edituum, ubi sepultura fuerit, reponatur. Et antequam talis profunditas reperta fuerit per mensuram eandem, cadaver non sepeliatur.

(29. *Ankündigung von Neuregelungen*) Item super ordinationem cultus divini in Albeins, refeccionem dotis et librorum horarum dominus postea cogitabit.

(30. *Stundenbücher in Villnöss*) Item quia etiam in Vilness adhuc non sunt libri horarum ad dotem 240 ordinati, voluit dictus dominus noster re<sup>emus</sup>, quod vicini eiusdem vallis per plebanum inducantur, ut procurent ibi libros horarum poni iuxta ordinarium prefatum, et hoc comode fieri poterit ex pecunia illa, que legata esse a duobus ad usum cappellarum eiusdem vallis dicitur.

(31. *Verhalten bei Begräbnissen*) Item cum funus aliquod fuerit in domo, aliquas commessiones, risus et alias levitates habent hii, qui funeris obsequiis assistere volunt; a quibus ut abstineant, voluit suppliciter 245 ammoneri per curatos, sed omni levitate semota ad devocionem et abstinenciam ciborum se convertant.

(32. *Sakramente für kranke Kinder*) Item puer egrotans ad mortem dummodo ad annos discrecionis pervenerit, ita quod communionem eucaristie acceperit, etiam sacra unccione ungetur.

(33. *Trauritus*) Item quod circa benedicciones nubentium servetur forma, quam paternitas sua tradidit et mandat illam sepe publicari<sup>51)</sup>, ut devote recipiatur, licet non precipiatur. 250

(34. *Zehntzahlungen*) Item voluit, quod confessores sint cauti, ne illos, qui infideliter decimas solvunt aut solvere nolunt aut occupant nec ab ecclesia recognoscunt, in peccatis huiusmodi non absolvantur eo, quia absolucionis incapaces sunt.<sup>52)</sup> Sed si informacionem curatorum noluerint advertere, ad superiorem mittantur.

(35. *Ehehindernisse*) Item curati et divinatorum cooperatores diligenter intendant, ut studeant omnia 255 impedimenta, ex quibus etiam matrimonium contractum dirimitur, et tandem populum de hiis diligenter informant.

(36. *Bücherauslage*) Item voluit r. d. c., quod Scolastica historia<sup>53)</sup> et si qui alii libri ad dotem pertineant, ponantur in dotem ad kathenam in loco convenienti et clavis ad eos pertinens reponatur in sacristia circa 260 alia deposita ecclesie.<sup>54)</sup>

Predictas ordinationes mandat dictus reverendissimus dominus cardinalis per curatos ad execucionem diligenter poni, alioquin in synodo vel visitacione proxima punientur de negligencia, prout iustum fuerit.

236 fuerit: *folgt gestr.* per mensuram eandem. 243 esse: *em. est.* 244 aliquas: *em. alique.* 245 qui: *folgt cum.* 258 alii: *davor gestr.* alii.

251 Item voluit: *links a.R.* nota.

<sup>51)</sup> *S.o.* Nr. 4417.

<sup>52)</sup> *Zu den Bemühungen des NvK zur Durchsetzung der Zehntzahlungen vgl. auch Nr. 4533 und 4561.*

<sup>53)</sup> *Petrus Comestor* († 1178), *Historia scholastica, eine weit verbreitete Nacherzählung der Bibel*; ed. Migne, PL CXCVIII 1053-1722; *A. Sylvan, Petri Comestoris Scolastica historia. Liber Genesis, 2 Bde. (CCCM 191), Turnhout 2005-2007. Zur Rezeption vgl. M.C. Sherwood-Smith, Studies in the reception of the Historia Scholastica of Peter Comestor. The Schwarzwälder Predigten, the Weltchronik of Rudolf von Ems, the Scolastica of Jacob van Maerlant and the Historiebijbel van 1360 (Medium aevum monographs, N.S. 20), Oxford 2000; G. Lobrichon, *Le Mangeur au festin. L'histoire scholastica aux mains de ses lecteurs. Glose, Bibles en images, Bibles historiques (fin XIIe-XIVe siècles, in: G. Daban (Hg.), Pierre le Mangeur ou Pierre de Troyes, maître du XIIe siècle (Bibliothèque d'histoire culturelle du Moyen Âge 12), Turnhout 2013, 290-312.**

<sup>54)</sup> *Zum Anketten von Büchern in den Pfarrkirchen s. Reitemeier, Pfarrkirchen 279; Bünz, Mittelalterliche Pfarrei 310.*